

Codice scheda: ASC A2590105 (Microscheda: 2062E6/8)
Luogo e data: TORINO - 30/08/1897
Autore: RUA MICHELE
Destinatario: ANONIMO
Classificazione: Atti - Documenti vari
Tipo documento e supporto: Decreti di nomina religiosa, consultazioni
- Manoscritto
Autenticità: Copia

Contenuto: Nomina del procuratore generale Don Cesare Cagliero, da parte della Congr. Sal., per la postulazione della Causa di Beatificazione di D. Bosco (Testo latino).

In Dei Nomine . Amen

Nos Michael Rua, Superior generalis Congregationis
Sancti Francisci Salesii,

Amo Dno Caesari Cagliero Procuratori generalis
eiusdem Congregationis salutem et plenam in
Spiritu Sancto consolationem.

Cum penes S. Rituum Congregatio-
nem promoveri modo debeat Causa Beatificationis
et Canonizationis Servi Dei Joannis Bosco Sa-
cerdotis et fundatoris Congregationis nostrae, pro
qua Romam jam delati sunt Processus Or-
dinaria Auctoritate constructi super fama
Sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum eiusdem
Servi Dei, et in Actis S. Rituum Congregatio-
nis quidem exhibiti; ac in primis oporteat
juxta legem praescripta ut in Urbe legitimus Pro-
curator seu Postulator constituatur, qui omnia
Acta necessaria peragat; Nos ad quos in vim

2.062 E6

Constitutionum Instituti nostri spectat et pertinet ad huiusmodi electionem et nominationem procedere, Et, Amē Dnē Caesar Cagliari, quia jam Procuratoris Generalis Congregationis Nostrae munera fungeris, et hac de causa in Alma Urbe legitimum domicilium habes, Procuratorem seu Postulatorem per praesentes testimoniales litteras Causae Beatificationis et Canonizationis Fundatoris Nostri Joannis Bosco eligimus atque constituimus; ut scilicet tam Nostri quam Instituti nomine agas et sis Procurator in omnibus et singulis quae ad meliorem expeditioremque Causae cursum et usque ad eius finale complementum peragendum sunt sive in Urbe, sive in reliquis Civitatibus et Dioecibus.

Quapropter tribuimus tibi facultatem omnem praestandi quodcumque licitum et honestum iuramentum, etiam de calumnia; nec non exhibendi vice nostra omnes instantias opportunas et quaelibet necessaria

2.062 E7

jura producendi; ceteraque demum singula juridice exequendi et exercendi, quae ad opus opportuna et necessaria censueris, quamvis talia forent quae requirerent speciale mandatum et individuum Recursum; uno verbo omnem et quamcumque potestatem Tibi tribuimus, quae Procuratorem cum libera potestate decet, quaeque Nos, qui huiusmodi mandatum confirmamus, uti possemus. Praeterea Tibi potestatem tribuimus unum, vel plures Vice Postulatores substituendi cum his omnibus aut limitatis facultatibus, prout Tibi videbitur, eosque revocandi ubi et quatenus opus sit. Nam omnia et singula, quae pro eius effectu a Te gerentur rata et grata semper habebimus promittendo etc. relevando etc. non solum etc. isto sed omni alio mediocri modo etc.

In quorum fide hic et Nos propria manu subscripsimus

Augustae Caesariensis, die 20 Mensis Augusti
anno 1897

Luogo del bollo

2.062 E8

fir. Sac. Michael An
Paulus Albera a Turckis